

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Electio m  
cum fontibus proximo et primo

Statuimus ne in aliquo apostolica  
et canonica decreta uiolentur,  
et his regenda ecclesia Domini credatur,  
qui legitimarum institutionum nescii,  
et totius humilitatis ignari,  
non ab infimis sumere incrementum,  
sed a summis uolunt habere principium,  
cum ualde iniquum sit absurdumque,  
ut inperiti magistris, noui antiquis,  
rudes preferantur emeritis.

Valde iniquum est et absurdum  
ut imperiti magistris, noui antiquis,  
rudes preferantur emeritis.

Leo papa ibidem (in quodam sermone et  
ponitur LXI. distinctione).

Gratianus, *Decretum*, 1.61.8 (*Corpus iuris  
canonici* 1, A. Friedberg ed., col.230).

ne in aliquo apostolica  
et canonica decreta violentur,  
et his Ecclesia Domini regenda credatur,  
qui legitimarum institutionum nescii,  
et totius humilitatis ignari,  
non ab infimis sumere incrementum,  
sed a summis uolunt habere principium;  
cum ualde iniquum sit et absurdum,  
ut imperiti magistris, noui antiquis,  
et rudes praeferantur emeritis.

Leo Magnus, *Epistolae*, 12.4 (PL 54,  
col.651A).